



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXLIV. Avae Comitissae Ruscinonensis cessione ad Ecclesiam Helenensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

vel obligo me ego suprascriptus Iohannes Episcopus vel posteros successores meos colligo tibi Domino Adam Abbati vel posteris successoribus tuis seu ad ipsam suprascriptam vestram Ecclesiam, si aliquo tempore istam nostram commutationem removete vel dirumpere voluerimus, aut si à nobis pro vobis omni tempore defenata non fuerit, ut componam ego Iohannes Episcopus vel posteri successores mei tibi Domino Adam Abbati vel posteris successoribus tuis penam de auro purissimo libras centum. Quam verò cartulam commutationis rogatus à suprascripto Domino Iohanne Episcopo scripsi ego Romaldus Notarius & Scabinus die istius mensis & Indictione suprascripta. Adum in Pinne. Ego Iohannes Episcopus in hac commutatione à me facta manu mea scripsi. Ego Lupo Archidiaconus in hac commutatione consensit & manu mea scripsi. Ego Leo Presbyter & Canonicus & cultus Ecclesie. Ego Leo Presbyter ac Canonicus in hac commutatione consensit & manu mea scripsi. Ego VValbertus iudex. Ego Leo. Ego Adelbertus, rogati à Domino Iohanne Episcopo & aestimatores interfuimus & manibus nostris scripsimus.

## CXLIV.

*Ava Comitisse Rusinonensis cesso ad Ecclesiam Helenensem.*

An. 971.  
Ex chartulario  
Ecclesie He-  
lenensis lib.  
1. c. 26.

**S**cripturarum series declarat ut quicumque enim vult evadere æternum supplicium, de rebus istis transitoriis debet sibi preparare viam salutis æternæ. Ob hoc igitur ego in Dei nomine Ava Comitissa & filius meus nomine Sonarius gratia Dei sedis Elenensis Præful donatores sumus ad domum sanctæ Eulalie martyris matris Ecclesiarum Rossilionensium seu Vallæ Aspirensium necnon & vallæ Confluentium. Sic donamus nos jam prædicti ego Ava Comitissa & Dominus Sonarius gratia Dei sedis Elenensis Episcopus, sic donamus ipsum nostrum alodem quem nos habemus in comitatu Rossilionensi, quem nuncupant nomine Troliars, ad jam prædictam Ecclesiam sanctæ Eulalie martyris. Et advenit mihi ad me iamdictam Avam Comitissam ipse alodius superius perscriptus tam per parentum vocem quam per excomparationem aut per excommutationem sive per donationem aut per impignorationem vel per qualemcunque acquisitionem. Et mihi Sonario Episcopo advenit per donationem de genitrice mea jam superius perscripta nomine Ava Comitissa. Et habet ipse alodius nomine Troliars cum ipsas villas, vel cum ipsos villares, vel cum ipsa Ecclesia quam nuncupant sanctum Assildum martyrem, affrontationes & terminos de oriente in ipso rivo arido, ubi fundata esse dinoscitur ipsa Ecclesiola cui dicunt nomine sanctæ Eulalie; & collaterat vel subjungit usque ad ipsas terminos de A sinides, vel de Candello, quod est de cœnobio sancti Andree Apostoli. De meridie affrontat vel collaterat usque in ipsum locum ubi vocabulum est Fontem Genesij. De occiduo affrontat vel subjun-

git atque collaterat in ipsas affrontationes vel terminos de Terrados, & percurrit usque ad ipsum locum ubi vocabulum est ad ipsa vasa. De Circio affrontat in ipsa Guardia quæ est in ipso termino de Pontiliano; & collaterat ad ipsam rribam fractam, vel subjungit in ipso rivo arido, qui exinde pergit. Quantum infra istas quatuor affrontationes vel collaterationes atque subjunctiones per gyrum atque per circuitum earum pertinet vel pertinere debet, sic donamus nos jam suprascripti ego Ava Comitissa & filius meus gratia Dei sedis Elenensis nomine Sonarius Præful ad domum sanctæ Eulalie martyris ipsum alodem superius scriptum cum ipsa villa vel cum ipsa Ecclesia, id est, casis, casalibus, curtis, curtalibus, hortis, hortalibus, terris, & vineis vinealibus, petris, puteis, fontibus, pratis, pascuis, silvis, garricis, aquis, aquarumve ductibus vel reductibus earum, oglatis tam rusticum quam & urbanum, seu & ipsa Ecclesia sancti Assildi, cum ipsas primitias & ipsas decimas vel panes propositionis, vel cum ipsas redhibitiones quas ipsa Ecclesia habet vel habere debet. Omnia & in omnibus, sicut superius resonat, sic donamus ad prædictam Ecclesiam sanctæ Eulalie martyris, cum omni integritate, cum exitibus & regressibus earum, & cum omnibus fundis vel superposita earum, vel cum omni limite earum, totum & ab integro. Quod si nos donatores aut ulla secularis potestas tam laicorum quam Clericorum aut sexus feminarum quid de ea demere, de hac Ecclesia aliquid abstrahere voluerit, in primis iram Dei omnipotentis incurrat, & à limitibus sanctæ Dei Ecclesie & à collegio omnium Christianorum habeantur extranei, & cum Datan & Abiron simul habeant participationem, & hoc quod querit non appetat, sed in duplo vel triplo compositionem faciat ad domum sanctæ Eulalie martyris vel ad ipsos assistentes qui à dicto tempore misericordiam Dei deprecantes erunt, & inantea ista scriptura donationis firmum & stabile habeat velle atque robur. Ea verò ratione videlicet servata ut dum ego Ava Comitissa viva fuero, teneam & possideam & exfructare faciam cunctis diebus vite mee. Post obitum verò meum pervenire faciat ipsos alodes, sicut superius est reiteratum, ad domum sanctæ Eulalie martyris pro timore Dei & pro redemptione anime mee vel pro redemptione anime Domini Sonarij gratia Dei sedis Elenensis Theologi; ut post hujus vite labentis cursum, reddere ei faciat Deus omnipotens præmium æternum cum corona glorie in resurrectione justorum, ubi semper fulgent sancti ante conspectum Dei. Pacta ista scriptura donationis sub die 111. Kal. Augusti anno xviii. regnante Leutario Rege filio Ludovici Regis. Signum Ave Comitisse, quæ istam donationem feci, & testes firmare rogavi. Sunarius Episcopus. Volueradas Archilevita. Volueradas Levita.

